Miſsarum VI. vocum, liber I.

SELECTIORES QVAE-DAM MISSAE, PRO ECCLESIA DEI NON INVTI-les, nunc primùm in lucem datæ ac correctæ

ab Authore

JACOBO HÄNDL.

LIBRI **TENOR.** SECVN:

PRAGÆ
Ex Officina Typographica Georgii Nigrini.
Anno M. D. LXXX.



Lucida nocturnas vt Phœbe diſſipat vmbras
Stellula ſæpe vagam ſeruat vt vna ratem:
Nota Staniſlai ſic fulget in æthere virtus,
Vela det auſpiciis vt ſacra Cymba ſuis.

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004560_04

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI AC ILLVSTRISS:
PRINCIPI DOMINO D. STANISLAO PAVVLOVIO
EPISCOPO OLOMVCENSI, &c.

Domino ſuo Clementiſſimo.

S. P.

PRODIT, Illuſs: Princeps, en alter fœtus, ac lucē tandem ipſe quoque aſpicit, non expectato nuncio quàm in partem acceptus ſit primus: ergo præproperè fortaſſe? At facilè ominor, quo ille apud te fuerit loco, non rei momento (quod nullum eſt) nixus, ſed incredibili bonitate tua perſuaſus atque modeſtia, qua clariſsima facta tua ſic ſilentio tegis tectaq; cupis, vt te inuitiſsimo proferantur; aliena verò etiam leuiſsima, modo cum fide, cum religione, cum Eccleſię fructu (quò omnia refers) coniuncta ſint, mirificè probes ac tueâre. Collaudauit aliquando Seruator noſter inopis mulierculæ pietatem, & officium egentis complexus eſt, adeò vt minuta duo in gazophilacium iacta lautiſsimis opulentiorum donis anteferret. Ego nuper vnum miſi; quanta omnium gratia, nihil moror (tua enim mihi beneuolentia ſufficit & calculus) ſecundum iam mitto nummulum: bonis deſiderijs, vigilijs, explicatis mentibus & manibus Eccleſiæ ſemper patuit officina; ni-

E iij hil quod

hil quod honeſtus labor cuderit, aſpernatur, non anguſtias aſpicit cuiuſquam nec copias, animum pendit, voluntates illà dinumerat atq; metitur; prægnantibus hęc votis magis quam ære turgeſcit arca. Scio equidem & ſentio, haud tantifore iſta quanti deberent et C. T. deceret, at iugis amicorum & prolixa efflagitatio (quam ſæpè neglexi, ſæpè etiam repudiaui). in hanc me ſiue temeritatem ſiue imprudentiam & facilitatem pręcipitauit. Feram igitur hanc vim ab amicis, ac te obſecrabo Muſicam meam, agreſtem licet, ne reſpuas, gaudebo verò ſi quid adiumenti ea diuino cultui, vel ornamenti attulerit Eccleſię, apud quam tu grauiſsimo tempore fideliter & fortiter excubas & in cuius cura lubrica caſtiſsimè verſaris: Viue Antiſtes integerrime Iacobi tui memor, valeq; diu incolumis Marcomannicum lumen. Pragæ ipſo die ſancti Michaëlis Archangeli. 1 5 8 0.

C. T.

addictiſsimus

Iacobus Händl,
Gallus vocatus
Carniolanus.

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004560_04

Tenor primus.

MISSA VI. VOCVM (5.)

Super Dorium.

F

Diſcantus primus.

MISSA VI. VOCVM

Super, Eliſabeth Zachariæ: &c.



F iii

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004560_04

Bassvs.

MISSA VI. VOCVM

ſuper, Locutus eſt Dominus ad Moyſen &c.

Altus ſecundus.

MISSA VI. VOCVM

ſuper, Sancta Maria &c.

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0

https://doi.org/10.3986/9790709004560_04